



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

Pars Sexta. De Bonis Traditis Tempore Corbeiensis Abbatis Bovonis I Ab  
Anno 879 Vsqve Ad 890.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**

TRADITIONVM CORBEIENSIVM  
PARS SEXTA,

BONA ENVMERANS, QVAE IN DIVERSIS PAGIS,

REGENTE CORBEIAM

ABBATE BOVONE I.

ECCLESIAE CORBEIENSI,

SVNT PER TRADITIONES DONATA,

REGNANTE

HLVDOVVICO II,

ET

IMPERANTE

CAROLO CRASSO,

AB ANNO 879 VSQVE AD 890.

R4

TRADITIONAUM CORRISSIMI

LVRG. SEXTA.

HIC ALTISSIMA VERSUS, QVAE IN HISTORIS VERS,

RECENTE CORRISSIMI

ABDAT. BOONEI

ECCLISIALE CORRISSIMI

SUNT TRES TRADITIONES BOONEI,

RECENTE

HEBDOVACO II.

ALTISSIMA VERSUS, QVAE IN HISTORIS VERS,

RECENTE CORRISSIMI

ECCLISIALE CORRISSIMI

ALTISSIMA VERSUS, QVAE IN HISTORIS VERS,

RECENTE CORRISSIMI



§. 281.

**T**radidit uolchert pro euuruuini unam familiam in  
brunmanesbus (Z).

§. 282.

(Z) *Brunmanesbus* ponitur in Registro nostro *in pago Guddinge*. Intelligitur ergo De villa verisimilime vicus Bruninghusen seu *Brunjehusen*, haud procul a Brunekensen, Brunmavico ad iura spectante L. B. de Wrisberg. *Volchert* videtur esse *Folchertus*, neshus in quem supra §. 104. not. (n) ad progenitores comitum Euersteinensium retulimus. *Quis vero sit Erwini*, pro quo bona traduntur a *Velberto* in *Brunmanesbus*, an fuerit consanguineus *Volcherti*, et pater *Hadeburgae*, coniugis *Heinrici aucupis*, res est omnino altioris indaginis. Circa hæc tempora sane *Erwini* seu *Erwinum* patrem *Hadeburgae* vixisse oportet. Cum enim Heinricus auceps *Hadeburgam* Erwini filiam duxerit anno 905, quo tempore, teste Ditmaro episcopo Merseburg. Lib. I. Tom. I. S. R. B. Leibn. p. 324. eadem fuit vidua velata, *Erwinus* ille clarus circa annum 884 et antea, si ponas, eandem *Hadeburgam* nupsisse Heinrico aucupi anno artatis XLI. Cuiusnam stirpis fuerit *Erwinus* ille, id in obscuero later. Reliquit eam causam intactam Consil. et Prof. Luneburgensis Ioan. Ludeucus Leuinus Gebhardi in *Historisch-Genealogischen Abhandlungen* P. I. diff. 8. §. 13. p. 242. Fortasse autem spectauit ad familiam *Haddonum marchionum* orientalium, de quibus egimus supra §. 104. not. (e) Probabilissimum id esset, si bona in *Brunmanesbus* spectassent ad *Erwinum*. *Erwinum*, patrem *Hadeburgae*, habuisse filium *aequiocomum*, sed ante patrem iam mortuum, e Ditmari verbis l. c. pater. *Erwinum* enim patrem *Hadeburgae* appellat senorem, tradens, *Erwinum*, *e medio decedentem*, geminis filiabus hereditatem reliquisse, quod (scilicet tempore mortis suæ) filium non habuerit, qui vero antea extitisse debuit. Respectu enim filii iunioris *Erwini* pater nominatur a Ditmaro senior.

Rrr 2

Si

A4

Ab anno  
879 usque  
890 im-  
perante  
Karolo  
Karolo  
Craffo et


Tradidit burchard pro emme duas familias unam in breka alteram in

aschem. (a)

§. 282.

§. 283.

Si itaque statuamus, *Ewurwinum*, pro quo hoc loco bona quædam traduntur, fuisse filium *Ewurwini* senioris, *Ewurwinum* seniorem autem fuisse illum *Ewurwinum*, qui in his traditionibus §. 301. deprehenditur, quemque marchionem fuisse prædicant; *Ewurwinus* senior, procurante *Volberto*, bona sua in villa *Brunmaneshus* pro filio suo *Ewurwino* tradidisset ecclesiæ Corbeiensi. Explodat autem id nemo, quod diximus, *Ewurwinum* fuisse stirpis marchionum orientalium. Iam enim supra vidimus, *Tbtamarum* comitem, tempore Heinrici aucupis celebrem, in eadem regione, in qua villa nostra *Brunmaneshus* reperitur, bona hereditaria posse dñe. Si ergo statuatur, *Ewurwinum* seniorem, fuisse filium Haddonis II, *Ewurwinus* fuerit oportet *Volberti* consanguineus, eiusque soror *Hadeburg* consanguinea Heinrici aucupis. id quod tabula sequens clarius ponet oculos lectoris.



Tempus autem, quo *Ewurwinum* vixisse oportet, nos commouet, vt iam consignationem annorum ad marginem positam mutemus. *Tancmarus*, abbas Corbeiensis, eodem anno, quo ordinatus, est mortuus, scilicet anno 877, et succedit ei per electionem *Avo*, qui, Chronico nostro MScto et coætaneo teste, obiit anno 879, in cuius locum eodem anno ordinatus *Bouo*, qui anno 890 e vita exiit. Ne ergo ullum abbatem omittamus, ad marginem præcedentis §. iam adscriptissimus *Avonem* abbatem, huic vero et sequentibus §§. *Bouonem* abbatem adiungere volumus, potesta rationes addituri, cur ita fecerimus. Cum autem rex *Hludouicu*s II anno 882 obierit, restibus Annalibus Rer. Franc. Fulden. T. I. Freheri p. 53; *Karolus* imperator de Italia perrexit in Germaniam, auditio fratris sui *Hludouicu* obitu, regnumque eius sua adiecit ditioni, atque optimates aduenientes, qui fuerant fratris sui, in suam suscepit fidem. *Karolus* ergo cæsar, cognomento *craffus*, supremus dominus erat Corbeia nostra ab anno 882 usque ad annum 887, quo idem imperator depositus est. In eius locum eleitus Arnulfus, Annal. cit. p. 61. et Chronico nostro MScto et coætaneo testibus.

De villa  
Beka in  
 pago Wi-  
 kanuel-  
 de.  
 De villa  
 Aschem.

(a) *Breka* villa erat, testante nostro Registro, in pago *Wikanuelde*. Designatur vicus *Brack*, cuius ecclesia filia est ecclesia oppidi *Stadt Oldendorp* in ducatu *Brunswicensi*; *Aschem* vero villa, eodem teste Registro, fuit in pago *Logne*. Probabilissime indicatur vicus *Asche* sub præfectura *Hardessen* in principatu *Göttingensi*. E donis et nomine concludimus, *Burchardum* referendum esse ad progenitores comitum *Northeimense*. Cum enim in eadem regione *Northeimenses* et *Dasselenses* comites bona sua hereditaria habuerint, ut iam supra §. 104. didicimus, nec non *Sifridus* I filium habuerit, nomine *Burchardum*; verisimilius erit, *Burchardum* nostrum ad candem quoque gentem spectasse, et *Burchardum* a propatruo suo nomen suum accepisse. Quamvis itaque *Burchardus*

## §. 283.

Tradidit asdeht pro coniuge sua hathuburch unam familiam in *bobe-*  
*hem* (b)

guber-  
nante  
Corbe-  
jam  
Bouone.

tradidit ailhard pro se unam familiam in *baddefhus* (c)

## §. 284.

*osdach comes* tradidit ad monasterium quod corbeia dicitur quatuor mancipia et omne praedium quod ipse et coniux eius *hadeburg* in villa quae *nainun* (d) dicitur possiderunt his uerbis ut post amborum obitum eadem mancipia et idem praedium cum filiis pratis aquarum exitibus et cum omnibus appendicibus utilitatibus pro commemoratione sua ad seruitum monachorum perstarent.

## §. 285.

*dus noster non appelletur filius Bernhardi I, verisimilium tamen erit, eun-*  
*dem fuisse fratrem Wegani ac Thiatmari I.*

- (b) Villa *Bobebem* in nostro Registro non reperitur. Dolemus illud, quia villa *Bo-*  
*bebem* probabiliter a quodam Bobone seu *Bouone* nomen accepit, ad cuius fami-  
liam forte *Asdeht* cum coniuge sua *Hathuburch* pertinuit, quorum confanguineus  
fortassis fuit *Boso* abbas Corbeiensis, sub cuius regimine familia in *Bobebem* tra-  
dita videtur Corbeiae.
- (c) *Haddesbus* villa in nostro Registro in pago *Guddinge* posita inuenitur. Eadem De villa  
ergo villa designatur, que supra §. 191. reperitur. *Ailhard* itaque seu *Adelbar-*  
*das* filius erit Adelhardi, quem supra §. 104. not. (n) inter progenidores co-  
mitum de Hoinboiken rerulimus.
- (d) Villa *Nainun* fuit, nostro Registro testante, in pago *Saltgo*. Hunc pagum in De villa  
episcopatu Hildegensi in prefecturis Liebenburg et Sladem deprehendi, iam su-  
pra §. 201. not. (g) didicimus. Villa autem *Nainun* docet, pagum eundem se in pago  
visque in prefecturam Lutter ad Bauenberge extendisse: intelligimus enim per  
villam *Nainun* designari vicum *Nauen* in Lutter. prefectura Principatus Wolfer-  
buttelenensis. Hisce præmissis, queritur id merito, quis fuerit *comes Osdach*? et  
ad quam familiam is verisimiliter sit referendus? Cum eam ille fuerit *comes*  
in nostra Saxonia, opere pretium viderur, accurate in originem eiusdem *Osf-*  
*dachi* inquire, in primis cum coniux eius *Hadeburg* probabiliter existimanda sit  
gloriosissimi regis *Heinrici* vxor. Hanc thalamis confortem *Heinrici* auecupis fu-  
isse *Evurwini* filiam, iam supra §. 281 vidimus, ibi docentes, *Evurwinum* stem-  
matis fuisse Brunoniani. Viduam fuisse eandem, et quidem velatam, retulit  
Ditmarus T. I. S. R. B. Leib. p. 324. Quo ipso indubie indicavit, *Hadeburgam*  
mortuo viro suo, Deo se dasse, et ritu solenni coniugio Christi sese addixisse. Per-  
manere itaque illa in monasterio posthaec debuit, nec pro arbitratu ab imo fac-  
dere ac pacto iurato resiliere. Capitularia enim regum Francorum Lib. V. cap.  
113. sic precipiunt: *qualicunque modo si mulier, permittente canonice viro suo,*  
*aut eo defuncto, velum sanctum in caput accepit, aut sponte aut invita, in eo per-*  
*maneat omnino, nec dimittat.* Quodsi igitur *Hadeburg* vidua fuit, sequitur, illam  
antea traditam fuisse euidam marito, cuius et nomen et genus et dignitas haec-  
enus fuerunt incognita. Nomen eius et dignitas ex hoc nostro loco elucescunt.  
Genus autem eius cognoscere licet ex iis, quo de *Osdacis* in nostris traditioni-  
bus traduntur. *Osdachum* nostrum e nobilissima quadam familia Saxonie fuisse  
ortum, dignitas eius, que comitis erat, comprobatur. Quodsi itaque in mentem  
reuocamus dominos, qui in eadema regione, intra quam *Osdachus* noster bona  
quædam hereditaria Corbeiensibus clarginus est, bona sua abbatiæ nostræ dona-  
runt; illos stirpis *Billinganæ* fuisse, suplicamur, immo iam supra §. 104. not.  
(w) docuimus. Quid ergo nos impedit, quo minus et *Osdachum* nostrum ei-  
dem stemmati adscribamus? *Osdachum* sane quendam inter coheredes ducis Ost-

Ab anno  
879 usque  
890 im-  
perante  
Karolo  
Craffo et

falorum Hessi fuisse, vidimus §. 104. Ex hoc momento patet, nomen Osdachi in familia quadam illustri Saxonie nostrae fuisse in vslu. In pago *Fallen* in villa *Guddianstede* donavit *Osdac* quidam, quidquid habuit, §. 10. testante. Quæ villa cum vicus *Gadensted* sit, locus præfecturæ *Peine*, eadem prouincia fuit ea ipsa, intra quam familia *Billingana* alios præterea fundos possedit. In pago *Northuringi* ditissimus quidam *Ordag* sua abbatie nostra munera impertivit, teste §. 44, atque in eadem prouincia *Amelungus Billinganus*, teste §. 125, bonorum nonnihil possedit. Obuius §. 42 *Osdac* quidam inter testes fuit, cum sita in pago *Derlingi* et quidem in villis, quæ in terminis pagi *Saltgo* reperiabantur, bona quædam Corbeienibus traderentur. In eodem pago *Saltgo* *Billingani* omnino magnam bonorum suorum partem habuerunt. Sita intra pagum *Lengi* donavit *Ordag* quædam bona, ad villam *Osterholz* obvia. Hæc villa, cum vicus *Osterholz* sit, in præfectura *Wense* in Principatu Luneburgico conspicuus, nos commouet, vt credamus, eundem *Ordagum* ad *Billinganam* familiam esse referendum, quippe quæ in loca ducatus Luneburgici non vna dominata est. Sit ergo *Osdac*, qui memoratur §. 10, *Amalungi II* frater, et *Ordag* ille, qui §. 159. occurrit, *Thiadrici*, *Sibodonis* et *Gameri* frater. A patruo enim suo *Ordago* ipse nomen suum videtur accepisse. Huius, scilicet *Ordagi II*, filius fuisse videtur comes *Osdachus*, cuius hoc loco sit mentio.

Hæc sententia nostra nititur bonis et nominibus, quibus hi domini gauisi fuerere. Ex hisce rationibus non leue in genealogicis mediis ævi rebus argumentum sumitur. Notatu dignum censemus, *Ordachum comitem* sita intra eandem regionem quædam tradidisse, in qua *Thiadricus*, *Sibodo* et *Gamer* fratres bona quædam æque largiti sunt, vti §. 201 docemur. *Ordag II* fortassis est S. Ostdach, qui, teste *Lerbeccio*, sua ex antiquioribus e'sque deperditis monumentis haurire solito, in *Chronico Episcoporum Minden*. Tom. II. Leibn. p. 195. ad annum 880 in prælio, cis Hamburgum commisso, cum aliis dominis Saxonis a Nordmannis est occisus. Quamuis enim ille appelletur *Ostdach* et dux Burgundie, per errorem tamen ita scriptum esse, putamus. Cum enim soror eius ecclesiam fundauerit in *Mahderlo*, id est, *Mandelslo*, loco præfecture *Neustadt* in Calenbergico Principatu, in quo et vrbs *Hannouera* sita; quilibet facile perspicere potest, eius fratrem fuisse Saxonem. Hæc ratio nos commouit, vt discernendum esse existimemus *Ordachum comitem* ab *Ordago II*. *Ordagum*, episcopum *Hildesensem*, quem anno 990 obiisse purant, huic quoque stirpi annumerare liber. Cum enim ille primum curtem maiorem *Aleghrimeshheim* cum XXX mansis ex hereditate sua ecclesia basilice impertiuenter *Hildesensi*, testantibus *Hildef.* *Chronico* Tom. I. Leibn. p. 744. et *Eggehardo abbate Annal.* *Hildesb.* p. 773, illaque curtis probabilissime censendus sit vicus maior *Algermissen*, vnum milliare, et quod excurrit, ab vrbe *Hildefa* versus Principatum Luncburgicum distans, nemo erit, qui absurditatis admisssæ accusare nos ideo poterit, quod illum *Billingana* genti adscripsimus, in primis cum et *Tangmarus* S. *Bernwardi* magister in *Vita Bernwardi* Tom. I. Leibn. p. 441. seq. reserat, S. *Bernwardum* a suo auunculo *Folemaro* fuisse traditum nostro *Ordago* episcopo. Id factò opus non fuisse, nisi S. *Bernwardus* fuisse *Ordagi* episcopi consanguineus. Fortassis S. *Bernwardus*, quem supra §. 104 not. (w) *Billinganus vindicauimus*, *Ordagi* episcopi nepos ex fratre fuit. Omnibus hisce rite ponderatis, fit verofimile, *Ordachum comitem* splendidissimæ fuisse stirpis. Cum ergo magnos magna deceant, *Hadeburga* nostra omnino erat vxor *Heinrico* conueniens. Et vt hoc eo verisimilius reddamus, demonstrandum est præterea, *Ordachum comitem* eo vixisse temporis interuallo, vt vidua eius esse potuerit coniux *Heinrici* aucupis. Chronologia enim repugnante, temere hæc omnia forent dicta. Testantur ergo *Chronicon nostrum MSctum* et coætaneum, nostraque diplomata Corbeienia, *Heinricum* aucupem ex hac luce migrasse anno 936. VI. non. Julii. Cum vero *Heinricus* vixerit sexaginta annis, *Widekindo* nostro referente *Annal.* Lib. I. p. 642; idem *Heinricus* natus esse debuit anno 876. Eo itaque tempore, scilicet anno 908, quo *Heinricus Mathildam* duxit, habebat ille annos XXXII. Etsi autem nescimus, quo anno *Heinricus Hadeburgam* sibi vxorem iunxit, aliquot tamen annis ante annum 908 id factum esse debuit: prolem enim *Tancmarum* ex ea suscepit, et nonnihil elapsum erit temporis, donec ab *Hadeburga* diuortium fecit. Quodsi autem ponamus, *Hadeburgam* nupsisse

## §. 285.

Tradidit gerulf in *bisnifburg* (e) unum mansum et VI mancipia *seruilia* (f) et quidquid habuit illic tradidit godecalcus pro patre suo abban in *aftershuf* (g) unum mansum et XXX. iugera.

## §. 286.

Tradidit bernhardus pro filio suo bernhardo unam familiam in *erugen* (h)

## §. 287.

Tradidit berthild pro se in *berthabaniuthe* (i) . . . . . tra-

pissime *Ordago* comiti anno ætatis sue XVI, et consideremus, *Hadeburgam* circa annum 884 iam vixisse matrimonio cum *Ordago* comite coniunctam, vii ex hoc loco patet; *Hadeburga* nata esse possit anno 868. Si ergo Heinricus *Hadeburgam* anno 907 dimiserit, tempore diuortii illa annum ætatis egisset XLI. Posito itaque, quod verisimile est, casu, illam cum *Heinrico* tribus annis vixisse in matrimonio; *Heinricus* eam duxit anno ætatis *Hadeburgæ* XXXVII, et *Heinricus* ipse tunc habuit ætatis annum XXVIII. Quamuis autem ex his momentis sequatur, *Hadeburgam* ætate præcurrisse *Heinrico*, differentia tamen hec non ita magna erat, ut ea *Heinricum*, inhiante hereditati et diuinarum vilitati, ex *Hadeburga* sperare, impeditio potuerit, quo minus matrimonium cum illa contraheret. Id ipsum ex Ditmari verbis T. I. Leibn. p. 325. conclusimus. Fuisse itaque *Heinrici* aucupis vxorem, *Hadeburgam*, probabile est, viduam comitis *Ordachi* Billingani.

(e) *Bisniburg* villa erat, Registro nostro teste, sita in pago *Hafugo*. Pagum *Hafugo* De villa ad fluvium Salam in Thuringia in confiniis oppidi Merseburgi et Memleben Bisnifuisse possum, iam supra vidimus §. 139. not. (S). Procul dubio igitur erit burg in villa *Bisniburg* ipsa *Besenburg*, olim ad iura comitum Mansfeldensium relata. *pago Hafugo*, De *Gerulfo* vide, que diximus supra §. 163 not. (D). Ibi asseruimus, eum fuisse marchionis *Geronis*, qui instituit monasterium Gerenrodense, ac comitis *Sifridi*, qui condidit cenobium Groningenense, patrem.

(f) De variis *mancipiorum* generibus hic differendi occasio nobis daretur, si factio De variis opus foret. Illud tantum docemus, mancipia fuisse vel censualia, vel opera mancifervili addicta, illaque fuisse seruos ad censum, haec vero ad ministerium datos, piorum de quibus e chartis, haec tenus ineditis, egimus copiose in libro nostro *vom Viertusmann, de Viti viro*.

(g) *Aftershuf* villa quondam fuit, Registro nostro teste, in pago *Hrecwiti*. Hunc De villa in pago generali Westfalorum, atque in episcopatu Osnabrugensi fuisse, iam su- Afters- pra §. 168. not. (R) vidimus. Procul dubio *Aftershuf* villa est vicus *Oftersbus*, *hus in pa-* in episcopatu Osnabrugensi situs. Cum vero *Abbanis* nomen diminutuum sit *go Hrec- witi*. *ex Adelberto*, hunc *Adelberto* fuisse filium *Cobonis* comitis ac nepotem *Echerti* ducis, supicati fumus iam supra §. 104. not. (n). Ibi diximus, cundem fuisse fatorem comitum Tecklenburgiorum. Id, omnibus rite ponderatis, nemini prorsus videbitur improbable, in primis cum §. 228 *Albertus* quidam reperitur, quem Gerulfus, probabilissime ita iudicamus, inter testes, tanquam sanguineum suum, adhibuit eisque adgregauit.

(h) *Erugen* villa in nostro non reperitur Registro. Quinam ergo sit vicus, nescimus. De villa Erugen.

(i) *Berthabaniuthe* itidem non invenitur in Registro nostro, locus, diligentia aliorum exquirendus.

(k) *Bur-*

F4

Ab anno  
879 usque  
890 im-  
perante  
Karolo  
Craffo et      Tradidit beneke pro filio suo alfrico unam familiam in  
uindaan (l)

§. 288.

§. 289.

Tradidit liutberth pro filio suo thiadric unam familiam in  
louos (m)  
tradidit helmburg unam familiam in tuiſtina (n)

§. 290.

De villa  
Burgiun  
in pago  
Agrotin-  
gun.

(k) *Burgiun* locus erat, teste nostro Registro, in pago *Agrotingun* situs. Nullus igitur altius videtur vicus, nisi *Borg* in Emslandia seu in inferiori episcopatu Monasteriensis situs, hic in censum venire.

De villa  
Vindaan  
in pago  
Huueti-  
go.

(l) *Vindaan* villam fuisse in pago *Huetigo*, docet nos abbas noster Saracho in *Registro bonorum abbaticae Corbeiensi*. Indubie ergo designatur vicus *Wenden*, in comitatu Sualenbergico haud procul a monasterio Marienmunster et castro Oldenborg in episcopatu Paderbornensi situs. Cum itaque, in eadem regione posterius Widekindi Magni bona hereditaria tenuisse nouerimus, ut supra vidimus, neminem fore speramus, qui dubiter, *Benekonem* nostrum, qui in eadem villa pro filio suo *Alfrico* quadam donauit, posteris Widekindi M. videri inferendum.

De villa  
Louos in  
pago Hef-  
ni Saxonico.

(m) *Louos* villa ponitur in Registro nostro ab abbe Sarachone in pago *Hessi Saxonico*. Intelligimus ergo, designari villam *Louen*, in episcopatu Paderbornensi inter Peckellen seu Peckelsheim et Ossendorp haud procul a Dimola fluuiio positam. Queritur autem, ad quamnam stirpem spectauerit *Liutberthus* ille, qui obuiam in eadem villa familiam istam Corbeiensibus donauit? Verisimilime, cum stemmati Brunoniano inferendum esse, existimamus. Cum enim iam supra docuerimus, gentem Brunonianam in pago Hessi Saxonico amplissima possedisse prædia, arque in eiusdem gentis familia fuisse *Thiadricum*, nepotem ducis Angariorum Brunonis, ut patet e tabula gentis Brunonianæ §. 104; ideo *Liutberthus* noscitur probabiliter fuisse filius *Thiadrici* illius ac frater *Folberti*. Nomen enim, a patre petitum, filio suo indidisse videtur *Liutberthus*. Fortasse eius patruus fuit ille, qui supra §. 147. appellatur *Liutheri*. At continemus nos intra coniecturarum cancellos.

De villa  
Tuiſtina  
in pago  
Hessi Sa-  
xonico,

(n) *Helmburg* vel foror vel vxor fuisse videtur *Liutberthi*, qui sita intra Louos villam quædam tradiderat. *Tuiſtina* enim villam in eodem fuisse pago *Hessi Saxonico*, testis est abbas Saracho. Cum itaque *Tuiſtina* villa eadem fuerit, ac ea, in qua *Liutheri*, testante §. 147, quædam donauerat; *Liutberthi* illum eam ob rem fuscipati sumus consanguineum fuisse *Liutberthi*. Ad eamdem villam illustrandam ibi diplomata quædam produximus, quibus iam Caroli IV litteras, ex autographo accurate descriptas, addimus. Has ita conformatas accipe.

*Karolus* dei gratia Romanorum rex semper augustus et Bohemie rex venerabili *Theodorico* abbatii corbeiensi principi et deuoto nrō dilecto gratiam regiam et omne bonum. Quia sicut certa relatione didicimus, monasterium *corbeiense* ex suggestione maleuola temporum personarumq., timore dei post posito, ipsi monasterio non timuerunt multipliciter derogare de temporalib⁹, adeo collapsum conspicitur, quod vix aut nullo modo restaurari et in pristine sue felicitatis statum restituiri valeat absq;. maiestatis regie gratia et pñsidio speciali. Nos igitur attendentes sincere deuotionis affectum, quem illustris *Johannes Bohemie* rex genitor noster karissimus ad te tamquam specialem deuotum ipsius

§. 290.

Tradidit uualter pro filio suo rekere unam familiam in *a-*  
*milingbus* (o)

guber-  
nante  
Corbe-  
iam  
Bouone.

§. 291.

ipsius dinoscitur gesisse, qui etiam ad affectionem dignitatis abbatie et principatus, qui tibi commisus est, exacta diligentia et sincere dilectionis studio te promovit ad honorem bēi Viti patroni nři et tui, ad cuius obsequia natalis soli dulcedo et patrie Bohemicalis dilectio singulariter nos inuitat. ut pđictum monasterium ab huiusmodi incommode et iacturis commode resurgere valeat, et in talibus oppressionibus respirare gaudenter sub regimine principis gratiosi tuo et ipsius monasterii felici statui dignum duxim⁹ de regimine celstitudinis magnificentia gratiosius prouidentum. Dantes et concedentes tibi et successoribus tuis in perpetuum abbatibus et principibus monasterii pđicti regia auctoritate, nobis ex sacra romani imperii potestate concessa, plenam licentiam et omnimodam potestatem, *comites liberos*, qui vulgari nomine *frigrauen* nominantur, ad exterminandas malorum prauitates nominatum et expresse coram monasterio *Corbey* et in villa *Horhusen* prope oppidum *montis martis Twisne Dorpede* et *Weßhem* prope castrum *Blanckenow* prope castrum *Thonenborch* ac in omnibus terris, castris, oppidis, villis, districtis et pertinentiis ad pđictum monasterium *Corbeyense* vel ipsius iurisdictionem spectantibus, in quorum possessione vel quasi pacifica dictum monasterium esse et haec tenus fuisse dignoscitur, et ad que aliquem iuris respectum habere censetur, ad vestrum mandatum et beneplacitum sedes suas liberas, que *frygſtol* dicuntur, locare iudicis, que vulgo *freyding* et *feneding* (\*) nominari sunt foli. (\*) Alias p̄sidere ac eadem exercere valeant iuxta vestre discretionis arbitrium constituendi, et institutos, quoties vobis opportunum visum fuerit, et pro bono et incolumi statu ipsius monasterii expediens fore videbitur, reuocandi alioq. substituendi pro vestre beneplacito voluntatis. decernentes et edicto perpetuo statuentes, quod tu et successores tui abbates monasterii Corb. pđicti sacri imperii principes et deuoti ad instar venerabilium *monasteriensis* et *paderbornensis* eccliarum antitithum principum nostrorum scabini iudiciorum *westualie* prouincie amplius fore debeatis et ad huiusmodi scabinatus officia exercenda fideliter corporalia iuramenta p̄stare nec non uniuersa et singula *secreta et occulta etiudem iudicii* scire positis et omnibus iuribus et confuetudinibus gratis et libertatibus potiri et gaudere, quibus pđicti episcopi et sacerdotes ipsorum ac ceteri *scabini Westualensis prouincie* haec tenus steti sunt et hodie potiuntur. Mandamus igitur liberis comitibus, qui vulgo *frygreuen* dicuntur, et *scabinis Westualie* prouincie, plentibus et futuris, quatenus te et uniuersos successores tuos abbates Corbey circa statuendos comites liberos ipsos quoque comites in locatione sua et persecutione iudiciorum huiusmodi ubiq. in proprietatibus monasterii non impedian, vosque et quemlibet vestrum. qui pro tempore fuerit ad officia scabinatus westualie prouincie ad p̄stanta iuramenta solita ad cognitionem secretorum iudicij et alios scabinatus exercendos. iuxta p̄fentis nře largitionis indultam admittant contradicione seu difficultate qualibet non obstante sub pena proscriptionis et banni regalis quem qui secus attemptare p̄sumpererit se cognoscatur grauiter incurrisse. Nobilibus *Iohanne de Riffenschel* marischalko westualie *Bersoldo de Buren* *Iohanne de Bylstein* *Iohanne de Grascap* *Iohanne de Padberch* et *Godswino de Rodenberch* fidelibus nostris testibus ad p̄missa p̄fentibus. sub nře maiestatis sigillo testimonium litterarum.

Datum *Bunne* anno dñi M CCC quadrag. nono. indictione seda VII  
 kl. februarii regnum nonōrum anno tertio.

(o) *Amilingbus* in nostro non reperitur Registro, quinam ergo sit vicus non constat: De villa  
 Sss Amilinghus.  
 PRO.

AH

Ab anno  
879 usque  
890 im-  
perante  
Karolo  
Craſſo et

Tradidit folberth pro anima gherberghe unam familiam in *altungun-*  
*bis* (p) nomine unuan et XXX iugera.

§. 291.

Tradidit marcuardus pro proximo suo dodo I iurnalem et XXX iu-  
gera in *holthuſen* (q).

§. 292.

§. 293.

probabilissime autem nullus est alias vicus quam Amelungsen in principatu Corbeiensi.

De villa  
Altun-  
gunhus  
in pago  
Nithega.

(p) *Altungunbus* villa erat, Registro nostro testante, in pago *Nithega* posita, quam in episcopatu Paderbornensi ac principatu Corbeiensi ad fluvium dictum die Neire fuisse, iam supra demonstrauimus. Intelligimus ergo, designari vicum *Albusen*, obium in Paderbornensi episcopatu inter Reelse, Pömsen, Erbsen, Herste, Schmechte et Driborg. Eandemque ob causam supra §. 104. not. (n) *Folberthum* inter progenitores Euersteinensium comitum retulimus, eundemque nepotem ducis Angiorum Brunonis fuisse statuimus.

De villa  
Holthu-  
ſen in pa-  
go Suil-  
bergi.

(q) Villam *Holthuſen* in pago fuisse *Suilbergi*, paret e nostro Registro, in quo villam Altungunhus excipiunt villa *Holthuſen* in pagis *Suilbergi* et *Huetigio*. Sine dubio villa nostra erit vicus *Holthuſen*, Holzen, in comitatu Dasselensi situs, cuius meminerunt sequentes ex originum literis accurate et congruenter descripta tabula, in quibus *Cratho*, appellatus ad annum 1281 *magister caritatum*, fuit dominus de *Hardenberg*, creatus post haec Prior Corbeiensis, qui de miraculis Corbeiensibus scripsit libellum, vii superstites membranæ attestantur. En tabulam:

Nos *Conradus de Uſlař*. Iohes institor Nicolaus Beseworem *Henri-*  
*eus de Bruneſwic* *Bertoldus de antiquo foro* *Arnoldus de Voltzen* *Thide-*  
*ricus Helmberti* *Johes de Ekhof Bertram de Luchteringen* *Henric⁹ mo-*  
*necarii Ludolfus de Wechdale* *Conrad⁹ de Dafle* consules Huxarien. tenore  
p̄ntium dicim⁹ protestando quod īng⁹ caritatum ecclē Corbeiēn. dñs  
*Cratho* ex parte una et *kristian⁹ de Oldendorp* ex parte altera sup con-  
trouerſia que inter ipsos de bonis in *holthuſen* uidelicet de trib⁹ mansis  
et uno molendino et una domuncula uertebatur hoc modo in Huxaria  
in portiu fēi kyliani fuit reconciliati. *kristian⁹* et *forori⁹* fu⁹ *Herman-*  
*n⁹* p̄fata bona in man⁹ dñi C. resignauerunt uerum mediatis dñi  
*Ludolfo comite de Dafle* et dñi *Henrico* cellarario Corbeiēn. et *Johes de Driborg* et *Alberone de Seilze* idem dñs C. bona *kristiano* et sue  
uxori *Sweinhildi* et filio suo *Conr.* et *forori⁹* suo *Hermann⁹* p̄dō ad  
tempus uite ipſorum cefſit libere pſſidenda. Ea tamen conditione  
quod annuatim magistro karitatum Corbeiēn. qui p̄ tpe fuerit uiginti  
quatuor solidos graues Huxarien. monete infra festum b̄ti michaelis  
et ap̄lorum Simonis et Jude de eisdem bonis pſſluent sine aliquo im-  
pedimento et occasione in n̄rā ciuitate plentando his uero quatuor p̄-  
dēis dñi uocante uiam uniuersē carnis ingressis prenominate bona li-  
bere et absq; aliquo impedimento fuorum heredum ad eccliam Cor-  
beyēn. reuerentur. Ne igitur hec apud posteros n̄rōs obliuioni tra-  
dantur p̄ntem literam rogatu utriusq; partis sigillo n̄rē ciuitatis muni-  
tam eiſdem dedim⁹ ad maiorem cautionem. Datum Huxarie anno  
dñi M. C. C. LXXXI. in die b̄ti martini.

Sigillum vide in  
Tab. V. num. 3.

Villam

## §. 293.

Tradidit rothard unam familiam pro fratre suo folcered in holt-  
buf (r).

guber-  
nante  
Corbe-  
iam  
Bouone,

## §. 294.


Villam hanc *Holthusen* rapuere post haec ad se episcopi Hildesienses, uti ostendemus in libro de Translatione quorundam bonorum feudalium Corbeiensem ad serenissimos duces Brunsuicenses et Luneburgenses.

- (r) Exstisit hanc villam *Holbus* in pago *Huetigo*, iam nos docuit abbas noster Sa- De villa  
racho §. 292. not. (q). Cum itaque pagus *Huetigo* olim fuerit in comitatibus Holthus  
Sualenbergico et Pyrmontano, intelligimus exinde, vicum *Holthusen*, in Pyr- in pago  
montano comitatu situm, designari. An vero haec sit eadem villa, quæ quo- *Hueti-*  
dam relata fuit ad prædium Sannanabiki, in eodem pago *Huetigo* obvia, res go.  
est non huius loci sed altioris indaginis. Nobis villa *Holthusen*; ad dictum præ-  
dium spectans, diversa videtur a nostra villa *Holbus*. Atque ut id ipsum eo  
melius iudicare possis, diploma cesaris Conradi e MS. A. interserimus. En-  
quælo, illud:

**C**In nomine sanctæ et indiuiduae trinitatis. Chuonradus diuina fauen-  
te clementia Romanorum imperator augustus. Si ulli ex nr̄is pontifi-  
cibus sui fideliſ ſeruitii non immemores aliquid ex hiſ que nr̄i iuris  
deputantur benigno animo impendimus eum poſtea in nr̄o iuuamine  
et ſeruamine pernicioſem et multo ſtudioſorem exiſtere procul dubio  
credimus. Quapropter omnibus Xpi nr̄isq. amatoribus preſentibus  
ſcilicet ac futuriſ perſpicuum eſſe uolumuſ qualiter *Witilo* nr̄am adiit  
ſerenitatem humiliſ rogans ut prædium *Sannanabiki* dictum in iſis  
villiſ *Hornan* *Frotincorp* *Vineſbiki* *Raffeti* *Knechtahusun* *Bukinhusun*  
*Bennanhusun* *Scuni* *Berchem* *Homan* *Holthusun* ſitum ſua uxoriſq.  
ſue oðe filiøq. ſue cecilię nec non gerburch filiøq. eius Hodonis petitio-  
ne ac collaudatione ad nr̄am imperialē manu recipere curaremus.  
prædium *Zuerici* quod nr̄e fuit proprietatiſ illorum e contra ſubiu-  
gantef ditioni. Horum igitur defiderio primatum nr̄orum ſatisfacien-  
tes conſilio id quod illorum erat ad manu nr̄am recepimus et in il-  
lorum iuſ quod nr̄i erat iuris amabiliter remiſimus. Transactis autem  
ita hiſ omnibus predictuſ prædium *Sannanabiki* quod tunc nr̄e iudica-  
batur eſſe proprietatiſ in comitatu *widikindi* in pago *huettiga* ſitum  
cum omnibus utilitatibus ad idem pertinentibus areis edificiis agris ter-  
ris cultiſ et incultiſ pratifiſ paſciuiſ campiſ ſiliuſ uenationibuſ aqua-  
rumq. decurſibuſ piftationibuſ molif molendiniſ uiſ et inuiſ exitibus  
et reditibus queſtiſ et inquirendiſ ob amabilem coniugis nr̄e gisle im-  
peratricis auguſte interuenient et ob minime denegandam dilectiſſime  
proliſ nr̄e Heinriči regiſ petitionem nec non Herimanni marchionis  
meinuero co uenerabilis uitæ ēpō ſueq. ecclie in ſeſſime dei genetri-  
ciſ marie et pretiosiſſimi martyriſ kiliani et glorioſiſſimi confessoriſ li-  
boriſ honorem coniſtructe eo tenore in propriuſ tradidimus ut ipſe  
ſuiq. ſuccesſoreſ de eodem liberam deinceps habeant potefatam te-  
nendi tradendi uendendi commutandi uel quidquid placuerit ſibi fa-  
ciendi ad utilitatem tamen predicatoruſ ſeſum ecclie recordati fu-  
muſ namq. non in hoc tantum ſed in aliis ſibi adhuc deo uolente  
a nobis tradendis prediſ quod ſuum affiduum ſeruitium deuotius et  
ceteriſ nr̄i pontificibuſ frequentiuſ non quaſi uno ſed in omni tem-  
pore anni habuimus. Et ut hec nr̄e traditioniſ auctoritas ſtabiliſ et in-  
conuulſa per labentia temporum curricula obſeruetur hoc preceptu  
inde conſcriptum ſubtul manu propria conſirmauiſ et corroborau-  
imur ac ſigilli nr̄i impressione diligentius inſigniri precepimus.

Ab anno  
879 usque  
890. im-  
perante  
Karolo  
Craffo et

Signum domini  
Chuonradi



inuictissimi Romano-  
rum imperatoris au-  
gusti

Vdalricus cancellarius recognouit.

data III non. augusti indict. XIII anno dñicē incarnationis MXXXI  
anno autem domini chuonradi fēdi regni VII. imperii uero V. actum  
Immedefhusun.

In hoc diplomate subscriptio archicancellarii quidem deest. Illud vero mon-  
umentum notam falsitatis eidem inureret nequit. Ariba enim archicancellarius  
VIII. id. Aprilis mortuus erat, testante *Vita Godebardi* Tom. I. S. R. B. Leibn.  
p. 494. nouusque archicancellarius *Bardo* mense Augusto nondum electus vide-  
tur. Ex ipso autem diplomate discimus, praeium *Sannanabiki* cum bonis vil-  
larum, ad idem relatarum, ad pagum *Speciale Huetigo*. *Sannanabiki* hodie  
dicitur *Sandebeck*, et ad iura pertinet dominorum de *Schilder*, qui bona in hoc  
vico habent ex feudo ab ecclesia Paderbornensi. *Hornan* locus hodie nominatur  
*Horen*, estque vrbis comitatus Lippensis. Cum vero villa *Aldantborpe*,  
hodie Oldendorp haud procul ab oppido *Horen*, in traditionibus nostris §. 190.  
ad pagum referatur *Thiadmelli*, ex eo intelligitur limitem pagorum *Thiadmelli*  
arque *Huetigo* constitendum esse inter *Horen* et *Oldendorp*. *Vinsbiki* locus  
hodie dicitur *Vinsbeck*, situs non procul a vico *Sandebeck*. *Holtbusen* vero vi-  
detur maior vel minor vicus *Holthusen*, obuius haud procul a Rupe picarum,  
quæ patrio vocabulo nuncupatur *Externstein*, ad angustum per montes Teuto-  
nicos transitum non procul ab oppido *Horen* ac loco *Variana cludit* situs, in quo  
*Drusus*, a *Visurgi* rediens, a *Sicambris* inclusus putatur. Ad castrum *Extern-  
stein* villa *Holtbusana* repperitur, singulare atque admirabile naturæ opus, rupes  
scilicet altissima et quadruplici vertice abrupta, vbi in plano montis est castel-  
lum. Olim ibi nullus locus fuit, in quo Saxones ad iudicia prouincialia coierunt.  
Circa annum MXCII. locus ille cum villa *Holtbusen* in manus peruenit *Gumber-*  
*berti*, abbatis *Abdinghouiani* in urbe Paderborna, vti docent sequentes episcopi  
Paderbornensis Heinrici litteræ, e MS. huc insertæ. En illas.

**C**In nomine fēcē et indiuide trinitatis Heinricus dī gratia pather-  
brunnensis ecclie ēps notum eſe uolumus uniuersitati fidelium quod  
tribus fratribus ſecundum carnem nobilibus diuidentibus hereditatem  
uni prouenit in parte ſua territorium *Colſide* alteri ſuperius *Holtbuson*  
tertio nomine *Imiconi* inferiori *Holtbuson* quorum unuſ dedit partem  
ſuam ſcilicet *Colſide* ſcō liborio ad principalem eccliam in patherbrun.  
alter ſuam partem uidelicet ſuperius *Holtbuson* tradidit ſcō luidgero in  
*Werben* quam traditionem ut ille tertius nomine *Imico* conſentiendo  
laudaret ei de ſuā parte lapidem *agiferstein* in uicino nemore & totum  
a cacumine ipſius lapidis uſq. in campos inferioris *Holtbuson* & uisque  
ad campos uicini loci *Hornan* in proprietatem dederunt ſicq. idem  
*Imico* uſq. ad finem uite ſue cum territorio *Holtbuson* eundem lapidem  
uſq. ad p̄dictos fines singulariter poſſedit. p̄dictus uero *Imico* moriens  
ſuum filium nomine *Erphomen* heredem reliquit qui & p̄dictam patris  
hereditatem abſq. contradictione tenuit. ipſe autem immatura morte  
ſuerunt matri ſue *Idę* ſua omnia hereditauit a qua uidelicet *Ida* cum  
con-

consensu filie sue nomine *Witsuit* & generi sui nomine *Euerhardi de gubernaculo* & aliorum heredum domini *Gumberitus* uenerabilis nře ciuitatis abbas datis XIII libris argenti cum aliis xeniis monasterio cui precepit in honore scōrum apolorum petri & pauli constructo idem territorium cum lapide iam dicto & cum uicino nemore pleniter ut predictus *Imico* & sui heredes tenuere acquisiuit & VI. solidos grauioris monete qui inde omni anno soluuntur fratribus suis monachis in refectorio ad caritatem seruire constituit in anniversario *Ottonis comitis* & item in anniversario eiusdem laici nomine *Bosiconis* fratris ipsorum quorum uterque quinq; marcas ad coemtionem ipsius territorii impedit pro hac ipsa causa scilicet pro commemorando anniversario eorum. Huius rei testes sunt *Gerhard Wolfhard Walraf Embrico Meinger Godescalc* *Sibertus Thithmar* & alii multi. Hanc autem cartam istam traditionem scriptam tenentem ego *Heinricus* dei gratia patherbrunnensis sedis ep̄s rogatus prefati abbat & fratrū suorum sigillo nřo insigniri feci anachematis sententia feriens omnem personam que hec bona predicto monasterio auferre tentauerit absq; iusta & utili commutatione. Acta sunt hec anno incarnationis dñiç MLXXXIX. indict. II. impe- rante romanis Heinrico III.

Postquam itaque locus iste in possessionem Werdenensis abbatis ad Ruram peruenit, primum in villa *Holtbusen* ædes est sacra constructa, deinde quoque in supremo rupis fastigio, que publicæ viæ imminet, facellum cum altari apparatus intra natuam strūcturam lapidis. Iste olim sacerdos & monachis operabatur sacris, et erat Werdenium abbatibus Helmstadium proficiscentibus statio et hospitium in villa *Holtbusen* adiacente.

Hicce præmissis addere quædam debemus de villa nostra *Holtbusen*, in qua Rothardus Widikindeus quædam donauit, quæque eadem videtur, in qua abbas Corbeiensis Thimo duos mansos, quos Hermannus de Albaxen in feudo possederat, anno 1262 contulit monasterio, in Valkenhagen exstructo intra comitatum Lippiacum, testantibus litteris sequentibus. En eas ipsas.

*Thimo* dei grā Corbeiēn. abbas omnibus hanc litteram inspecturis salutem in dñō. Per p̄fens scriptum notū facim⁹ uniuersis quod nos II. mansos sitos in villa *Holtbusen* quos *Hermannus de Albaxen* a nobis et ecclie nři in feodo possidebat ipso potente et ad hoc nobis ipsa proprietatem resignante contulim⁹ ecclie in *Valkenhagen* cum omni iure scilicet domib⁹ campis filiis pascuis et ceteris attinenciis in proprietate deinceps et ppetuo possidendos. ita tamen quod in recognitionem proprietatis nři in eisdem mansis II. fundos cere II. denarios graues ualentes singulis annis in festo bti Viti ad custodiam psoluuntur. Et ut hoc factum nřiū eidem ecclie in *Valkenhagen* nemo infringere ualeat posteriorum. p̄sentem litteram eidem afflauim⁹ in testimonium geste rei sigilli nři munimine roborata. Dat. Corbeie anno dñi

M. CC. LXII. VIII. kal. iunii.

In eadem villa *Holtbusen* anno 1273 propositus sanctimonialium in *Valkenhagen* comparauit decimam a Iohanne de Frenken, antea resignatam Timoni abbatii Corbeiensi, vti docent littere sequentes, nondum editæ:

Notum sit uniuersis presens scriptum uisuris quod ego *Johannes miles dictus de Frenken* decimam in *Holtbusen* dñō meo *Timoni* uenerabili abbatii Corbeiēn. nec non et conuent⁹ eiusdem a cui⁹ manu hanc titulo feodali habui libere resignauit quam resignationem quia eam p̄ necessitate corporis in dicti dñi mei uenerabilis p̄sentia facere non potui me fecisse p̄ pſencia recognosco. quam decimā supradictam *Arnold⁹ d̄c de Hauerfuorde* dei grā p̄posit⁹ f̄eimonalium in *Valkenhagen* sibi cum ipso collegio comparauit. Cui⁹ rei testes sunt honorabilis dñus p̄posit⁹ *Otto in kemenatis* qui memoratam resignationem cum

Ab anno  
879 usque  
890 im-  
perante  
Karolo  
Crasio et

per me sigillum non habeo per appensionem sigilli ei⁹dem ecclie publi-  
ce prestatum item Bernard⁹ gen⁹. aduocat. Hinricus et Bernardus fratres  
dicti de Halle ceteriq⁹. quam plures. Datum kemenatis Anno dñi  
M. CC. LXXXIII. ipso die palmarum.

Sigillum capituli ecclesiae Keminadensis  
vide in Tabula V. num. 4.

Hanc decimam in villa Holtbusen confirmauit demum anno 1285 conuentui  
sanctimonialium in Valckenhagen Henricus, Corbeiensis abbas, donauitque cu-  
riam et decimam, ad Dane obuenientem, et bona quedam in Wienchusen, vti  
approbant tria diplomata sequentia, quæ hic primum in lucem emittere volue-  
ret. En illas.

Henricus dei grā abbas Corbeien⁹. prior totusq⁹ conuent⁹ ei⁹dē ecclie  
p̄sentis uisuris salutē in omni salutari. Cum Ioannes miles dictus de  
Vrenken nec non Bruno et Ioannes heredes filii sui decima in villa Holt-  
busen sitam cum omnib⁹ suis attinentiis et alia bona in eadem villa que  
iudec a nřā ecclia in pheodo possidebant in man⁹ nřās resignauerint  
p̄sentib⁹ firmiter prestatum nos eandē decimā cū oīb⁹ suis attinentiis et  
aliis bonis sive in siluis in campis in pascuis sive in aquis sicut p̄notati  
uidelicet ioannes miles de Vrenken et filii sui p̄dē a p̄acta nřā ecclia  
possidebant ita ppter deum uentui sc̄imonalium in Valckenhagen in  
p̄petratam perpetuam tulisse pterea cum dñis Thymo abbas bte  
memorie p̄decessor nřā sicut ipsi⁹ litera sub sigillis ipsi⁹ et uent⁹ nřā p̄dē  
publice prestantur curiam et decimā in Dane cum omnib⁹ suis atten-  
tentiis a Bertoldo milite et Wernerō fratre ei⁹ dēs de Lippia qui hec  
bona a nřā ecclia Corbeienſi tenebant in pheodo in ipsi⁹ man⁹ libere  
resignata p̄dē ecclie in Valckenhagen in ppetuā ppetatē tuluerit. nos  
hoc factū p̄fati antecessoris nřā ratu et gratum habentes tenore pſen-  
tium ob diuine remunerationis intuitū ſirmam⁹. hoc adieco. quod in  
horum omnī ac singulorum recognitionē ecclia ſepe dēa in Valcken-  
hagen de decima ſupra dēa in Holtbusen ſingulis annis apnū fundū ce-  
re pſoluet theſaurario Corbeienſi item de aliis bonis in eadē villa unū  
fundū item de curia Wienchusen unū fundū item de decima in Dane  
unū fundū vel pro quolibet fundo un⁹ grauis denari⁹ pſoluetur. Ut  
autem hec omnia in ppetuum inconuulſa permaneant nos p̄dē abbas  
et conuent⁹ Corbeien⁹. hanc p̄ſentē paginā ſigillorum nřōrum appen-  
ſione decreuim⁹ roborandā. Datum Corbeie anno dñi M. CC. LXXXV.  
in dominica qua cantatur Circumdederunt.

Sigillum abbatis est idem quod appendet diplomatici  
abbatis Henrici, et xri incisum dedimus. Capi-  
tuli autem ſigillum vide in Tab. IV. num. 3.

Thimo dei grā Corbeienſis ecclie abbas notum eſſe uolum⁹ et p̄ti scripto  
prestatum quod nos reqſito et habitu ſenu capituli nřā Corbeienſis bona  
in Wienchusen et decimam in Dane clauſtro et p̄poſito in Valken-  
hagen ſulim⁹ tali paſto quod ei⁹dē clauſtri p̄poſit⁹ ſingulis anis unum  
talent. cere dabit ecclie corbeienſi. ſup⁹ dēa enim bona et decimam  
p̄dielā Bertold⁹ miles dēs de Lippia cum Wernerō fratre ſuo de ma-  
nu nřā tenuerat et cum ea p̄poſito Arnoldo dēo de Hauersuerde colle-  
gio ſup⁹ dēi clauſtri uenidiffent et hac ratione nobis ea libere refi-  
gnaff̄t. nos ipſorum p̄petratam eidē p̄poſito et ei⁹dē clauſtri colle-  
gio ſupradē paſto ſulim⁹ et hac nřā ſigilli appenſione cum ſigillo ca-  
pituli nřā Corbeienſis in pſentē pagina p̄teſtamur. Dat. in Monte  
Martis anno grā M. CC. LXX. III. in medio quadragesima.

Notum

## §. 294.

Tradidit albertus pro proximo suo milon unam familiam in *Scidiri-*  
*marcu* (f)

guber-  
nante  
Corbe-  
ian  
Bouone.

## §. 295.

Notum sit uniuersis p̄sens scriptum uisuris quod ego *Bertoldus* miles  
*dñi de Lippia* cum fratre meo *Wernero* bona in *Wienhusen* et decimam  
in *Dane dñi* meo *Thymoni* uenerabili abbatii Corbeiēni, nec non et  
uentui ei⁹dē a cui⁹ manu hec libere resignauit quam resignatio-  
nē quia eam p̄ necessitate corporis in dñi dñi mei uenerabilis abbatis  
p̄sentia facere non potui me fecisse p̄ p̄sentia recognosco que bona  
supa dñi *Arnoldus de Hauersforde* grā dī p̄posit⁹ sc̄imonalium in *Val-*  
*kenhagen* sibi cum ipō collegio comparauit. Hui⁹ rei testes sunt, *Ber-*  
*told⁹ de Neze. Herbold⁹ de Meingodeffen* milites. *Volmar⁹ de Brunswic.*  
*Henric⁹ de Brunswic.* *Conrad⁹ Biswurm.* *Godfrid⁹ carnifex.*  
*Sifrid⁹ de Nouali.* *Henric⁹ de Hauersforde* et alii quam plures. ut au-  
tem reuolutio temporis hui⁹ facti obliuione non inducat p̄sens scriptum  
meo sigillo in p̄dictorum euidentiam roboraui. Datuña anno dñi

M. CC. LXXIII.

Sigillum vide in  
Tab. V. num. 5.

- (f) *Scidiri marcum* nomen accepisse a villa, adpellata *Scitira*, quam supra §. 3, in pa- De *Sci-*  
go exstiffse *Huetigo*, deprehendimus, res est probalissima. Cum itaque dirimar-*ti-*  
*Scitira* villa fuerit Schier olim, ad *Sualenbergicum* comitatum relata, iam vero cu,  
ad iura dominorum comitum de *Lippia* pertinens, inde sequitur, marcam *Sci-*  
*diri* in eadem regione fuisse. Viderur ibidem limes seu terminus constitui de-  
bere pagorum *Auga*, *Nithega* atque *Huetigo*, et verisimillime etiam pagi *Tili-*  
*thi*. In regione enim cis ecenobium *Marienmunster* inuenimus *Tilideffen mar-*  
*cam*. Fuisse autem circa castrum Schier limitem pagi *Huetigo*, conclusimus  
præterea ex eo quod vicus *Holthusen*, qui non procul et tantum duo millaria  
a nostra Corbeia abest septentrionem versus, et ad iura spectat nobilium domi-  
norū de *Borg*, ad pagum referatur *Nithega*, vix iam supra vidimus, et sequen-  
tibus, e MS̄to produc̄tis, litteris comprobamus. En illas.

**C**Notum sit omnibus fidelibus presentibus scilicet et futuris quod qui-  
dam fidelis nomine *Hildelin* per consensum suę contectalis *ode* et iustissimi  
heredis *Arnaldi* unam aream et XL. iugera cum omnibus appendi-  
ciis in pago *Nihterga* in uilla que dicitur *Holthusen* et *Arnaldus* dñs  
cum consenu matris suę eiusdem *Ode* et predicti *Hildelini* unum litum  
in pago *Almunga* in uilla que uocatur *Borghusen* cum sua uxore et filio  
et cum omnibus eiusdem predi appendiciis ad dñum sc̄e dī genitricis  
marie et sc̄i kiliani martyris sc̄i liboorii confessoris atq; pontificis pro  
decimatione super uillam *Emiggrothun* acquirenda in proprium tradi-  
dit quod uero *meinuercus* ep̄us pie perpendens predicto *Hildelino* et  
suę contectali et *Arnaldo* omnibusq; posteris eius eadem decimatio-  
nem super uillam que *Emiggrothun* uocatur pro predicto predio per  
suum aduocatum *Amelung* in proprium dedit. hęc itaq; traditio III.  
non. nouembris primum facta III. non. januarii in Patherbrun iterata  
atq; confirmata est confesdientibus ibidem archiēp̄o *Hunfrido* et c̄p̄o *Si-*  
*bertho* et *Hildiuuardo* atq; *Liuizone* ep̄is et astantibus *Friherico Gerber-*  
*to* *Thiaderico* comitibus *Brun Godebald Erp Rathaboda Ecbert Wiltzin*  
*Thiadric Haold Offa Haold Godescalc Bennaka Folchard*.

Quo anno haec data sit charta, quam olim quoque e manibus bibliopegi Pil-  
gers extorsimus, non constat. Interim in contextu ipso quedam insunt, que nos  
indu-

FAH

Ab anno  
879 usque  
890 im-  
perante  
Karolo  
Casio et

Tradidit godfalcus pro patre suo ueghan in *valahus* (t)  
LIII iugera.

§. 295.

Tradidit uaiarinus pro matre sua unam familiam in *rarebeke* (u)  
tradidit haaldus pro se III familias in *adalmandingauuerthien* (v)

§. 296.

§. 297.

inducunt ad credendum eandem vel circa initium anni MXXX. vel anno MXXXII. esse exaratum. *Hunfridus* enim Magdeburgensis archiepiscopus, *Sibertus* Mindenensis, et *Hildwardus* Citizenis episcopi ibi adparent. Quis vero *Liuzo* episcopus sit, in disceptationem venire posset. Si enim perhibere velles, eundem fuisse *Libentiam II*, Bremensem archiepiscopum, eius antecessor *Unwanus* mortuus erat anno 1029, testante Alberto Stadeni p. m. 117. tunc videtur impeditre sententiam nomen Episcopi. Si itaque dicere voles, eundem in hac charta ultimo loco ponit, et tantum appellari episcopum, quia nondum confirmatus fuerit, charta hæc scripta esse debuisset circa initium anni MXXX. Quodsi autem maius intelligere *Liuzonem* episcopum *Brandenburgensem*, tunc e *Wipponis Vita Conradi*, Hermanno Contracto, et Veteri Chronicō in notis Broweri ad Vitam Meinwerci patet, eundem *Liuzonem* anno MXXX a Miscone Polono cum multis aliis esse captum, et barbarum in modum instar vilis mancipii tractatum. Cum igitur cesar Conradus demum anno 1031 comparato exercitu expeditionem in Poloniam susciperet, Poloniamque cædibus et vastatione ad obsequium tributumque compelleret, *Liuzo Brandenburgensis* episcopus demum circa finem anni MXXXI libertata restitutus esse poruit. Qui si cæfarem secutus esset Paderbornam, ante initium anni MXXXII Paderborna præsens esse nequissit. Ita inde sequeretur, hanc chartam esse datam anno 1032. Si porro villa *Emiggrotbun* esset Eßchenrode in præfectura Münden in Göttingensi principatu, tunc perhibere liberet, *Hildelinum* in hoc diplomate inter progenitores dynastiarum de Sichelstein esse referendum. Nomen enim Hildelinorum in eadem familia erat visitatum. Hoc vero posito, placet dicere, vxorem eius *Odam*, cuius nomen in gente Ludolfinia in vnu era, Brunonianæ fuisse stirpis, candemque primum nupsisse marito e gente Widikindea, cui pepererit *Arnaldum*. *Arnaldus* enim tantum appellatur filius *Oda*, et maius ius in villa *Bargbusu* in pago Almunga habuisse videtur quam *Hildelinus*. In pago Almunga autem passim familia Widikindea dominata est, quemadmodum Brunonianæ in pago Nithega.

De villa  
Valahus  
in pago  
Logne.

(t) *Valahus* villam in pago fuisse *Logne*, docet nos Saracho in suo Registro bonorum abbatiae Corbeiensis. Intelligimus ergo, designari per eam vicum *Wahlhusen* in principatu Göttingensi, et quidem in præfectura Uslar ad fluvium dictum die Schwulm. *Godefalcum* itaque ad progenitores comitum de Northem et Dassel retulimus §. 104 not. (1), quia, hanc villam in eorum comitatibus fuisse, nemo non videt.

De villa  
Rarbeke  
in pago  
Heili  
Franco-  
nico.

(u) Villam *Rarbeke* exstissee in pago *Heili Franconico*, attestatur diligentissimus noster Saracho abbas. Si ergo queritur, quinam intelligatur vicus, putamus, indicari vicum *Rorbach* in principatu Hirschfeldensi, hodierno tempore ad iura spectantem serenissimorum Landgraueriorum Hassia. Arbitramur itaque *Vaiarinum* nostrum nullum fuisse alium, nisi eum, quem Eccardus junior nominat *Werinbere*, quemque supra §. 216. auum regis Germaniae Conradi I fuisse statuimus. Ex hoc enim §. 296. patet, eum bona hereditaria in Hassia possedisse. Et quanvis nomen matris eius h. l. non exprimatur, patet tamen e Chronicō nostro MS. supra §. 216 et §. 279. adducto, illam fuisse serenissimam *Gherburch*, proneptem glorioissimi cæsaris Caroli M. conf. infra §. 380.

De villa  
Adal-  
mandin-  
gawer-  
thien.

(v) *Adalmandingawerthien* fuit in pago *Heili Saxonico*, testante nostro Registro. Quis vero intelligendus sit vicus, nescire id nos, sincere fatemur.

(w) *Rain-*

§. 297.

Tradidit richardus pro proximo suo ekkiardo duo mancipia.

guber-  
nare  
Corbe-  
iam  
Bouone.

§. 298.

Tradidit theodoricus duas familias in *rainaldinghusen* (w) et in *gelli-thi* (x) pro se et pro coniuge sua tritheruna.

§. 299.

Tradidit uolemarus pro fratre suo uoluered unam familiam in *bech* (y)

§. 300.

(w) *Rainaldinghusen* erat, Registro nostro testante, villa sita in pago *Flotwitha*, quem olim in Principatu Lunenburgico in praefecturis Nienburg, Meinersen ac Burgtorff et circa monasterium Wienhusen exstisit, iam supra §. 193. vidimus. Ergo, *Rainaldinghusen* esse vel villam desolatam, vel Roddensten haud procul ab oppido Burgtorff, vel Rottensten non procul a vico Sivershusen fuisse, putamus.

De villa  
Rainal-  
dinghu-  
sen in pa-  
go Flot-  
witha.

(x) *Gellithi* fuit sita in pago *Saltgo*, quem in episcopatu Hildesiensi in praefecturis Sladem et Liebenburg, ac in praefectura Lichtenberg in ducatu Brunswicensi, fuisse, supra §. 201. diximus. *Gellithi* itaque non erit Gittel in praefectura Stauffenburg, neque Geitel haud procul a monasterio Steterburg in Wolferbutelensi Principatu. Illa enim appellatur *Getlithi* et in pago *Hlisgo* ponitur. Atque haec, si iam tempore caesarum Carolingiorum fuisset, in pago exstisit Falhen seu Liergewe. Sed vicus subest *Giede* in praefectura Sladem. Quis igitur negare poterit, *Theodoricum* nostrum inter progenitores Slademensium comitum numerandum esse, cum nullo modo probabile videatur, dominum ex alia familia potuisse bona hereditaria possidere in vico *Giede*, qui haud procul a castro Sladem exstat, quam dominum, ad progenitores comitum Slademensium spectantem. quem vero, quia et in pago *Flotwitha* bona hereditaria habuit, simul origine Billingana stirpis oportet, cum negari nequeat, familiam Billinganam in Luneburgico ducatu dominatam esse. Nemo ergo non videt, optimo niti fundamento sententiam nostram de origine Billingana Slademensium comitum, quorum bona, cum hereditaria fuerint, quae et ad feminas iure deuoluuntur, feminæ stirpis Billinganae adire corum bonorum possessiones valuerunt, exstinctis comitibus Slademensibus, cum Billingani eadem bona per feminas sint affecuti.

De villa  
*Gellithi*  
in pago  
*Saltgo*.

(y) Villa *Bech* a Sarachone abate ponitur in pago *Sudergo*, quem in episcopatu Monasteriensi circa urbem Monasterium fuisse, iam supra asservimus. Probabiliter *Bech* in ergo intelligitur *Beckem* in eodem episcopatu Monasteriensi inter Herselt et Alen. Cum vero locus *Herselt*, olim dictus Hirufeld, ad Lupiae fluminis ripam in pago fuerit Dreini, Aelis Ida ducisse testantibus f. 173. nemo non videt, terminum pagorum *Dreini* et *Sudergo* confinuendum esse inter villam *Bech* atque Hirufeld. Probe itaque villa nostra *Bech* discerni deber primo a villa desolata *Becke* in pago Guddingi, deinde a vico *Beckum* in episcopatu Hildesheimensi sub praefectura Peina, et denique a *Becke* villa, quam caesaris Ottonis M. aus, Otto scilicet, dux Saxonie, monasterio Affindiensis seu Essen tradiderat, quamque eius genitor Heinricus rex firmitatis causa iterum eidem tribuerat, vt sequentes reflectantur litteræ, quas e membrana descriptas et ab amico nobiscum communicas adiungimus. En illas.

De villa  
*Bech* in  
pago *Su-  
dergo*.

C

In nomine sanctæ et indiuiduae trinitatis Otto diuina fauente clemencia imperator augustus nouerit omnium fidelium nōrum industria qualiter tēn. abbatissā mabridis affindiensis monasterii a bone memorie alfrido presule in honore sc̄i saluatoris sc̄aq; dei genericis et uenerantur dorum


Ttt

FH

Ab anno  
879 vique  
890 im-  
perante  
Karolo  
Graffo et  
guber-  
nante  
Corbe-  
iam  
Bouone.

dorum cosmae et damiani martyrum nec non et omnium sanctorum constructi nos adiit postulans ut immunitate regia idem coenobium ut a predecessoribus nostris fuerat donatum et nos in presentiarum muniremus cuius uoto ob religiosi archipontificis geronis et nepotis nostri et equiuoci ottonis obtemperantes ceterorumque episcoporum ac comitum petitionem electionis arbitrium cum hoc necessitas exegerit primo concedimus. insuper et regum aliorumque dei fidelium traditiones illuc collatas quarum auctoritatibus scripta deflagrato prefato monasterio ignis exusserat perpetua firmitate roboramus uidelicet decimam omnem quae habetur inter duo flumina emmara et rura a riuulo betunia et a molenino ilonis usque ad locum lireta et lippera quam ei uenit. archiepiscopus coloniensis ecclesiae guntharius domini apostolici nicolai et episcopum totiusque cleri consensu contulerat excepta particula in loco ruoldingibus quam eggelhard et eius coniux rekeld iure hereditario possederunt duas etiam villas tabenberg et cassella a thoethario rege et a bludouico curtem hukkeri nuncupatam et quidquid habuit in comitatu ekkeri et calibonis tres insuper alias curtes halffia archem et horre uictui scilicet monialium et a karolo curtem unam uuodenefberg nominatam a regibus datas et curtem a proasco nostro ottonem duce dictam bekke illi traditam et ab aucto nostro henrico rege atque a domino genitore nostro ottonem imperatorem augusto firmitudinis causa eidem iterato tributam. precipimus quoque ut nullus iudex publicus uel quislibet ex iudicaria potestate in loca predicti monasterii quae uel nunc possidet uel quae deinceps in ius ipsius sancti loci uoluerit diuina pietatis augeri ad causas audiendas uel freda aut tributa aut conjectas aliquas exigendas aut mansiones uel paratas faciendas aut fideiustores tollendos aut homines istius ecclesiae refringendos nec ullas illicitas occasiones requirendas nostros et futuris temporibus ingredi audeat neque telonium neque parafredas uel ea quae supra memorata sunt penitus exigere presumat nemoque ad mallum conuocandi homines eiusdem ecclesiae feruor litos uel liberos habeat potestatem nisi aduocatus quem abbatissa eiusdem loci ad hoc opus delegerit hoc regalitatis nostre precepto manu firmato et anuli nostri impressione insignito.

Signum




domni ottonis invictissimi  
impensis augusti.

uuilligissimus cancellarius ad uicem rotberti archicapellani recognoui et fffff.

data X kal augosti anno incarnationis domini DCCCC LXXIII. indicit. I anno regni domini ottonis XIII. imperii autem VII auctum aquigrani in dī nomine feliciter amen.

Quamuis autem in hoc diplomate villa Bekke nullo tribuatur pago, coniectamus tamen, eam esse vicum Bokem, in episcopatu Monasteriensi inter Herberen et Cappenberg situm. Atque haec villa probabiliter pars bonorum hereditariorum fuit, que Ecbertus, dux occidentalium Saxonum, eadem in regione possedit, vt Acta Ide ducissa p. 173. testantur, a quo haec villa in manus eius nepotis peruenit.



TRA-